

PHILOSOPHIA
M O R A L I S

AVCTORE

NVNTIO SIGNORIELLO

EMERITO PROFESSORE

METROPOLITANAE ECCLESIAE NEAPOLITANAE

CANONICO

« Nihil tam praeclarum, hominique con-
ueniens potest esse, quam erudire homines
ad iustitiam »; LACTANT. DIVIN. INSTIT., lib. VI,
DE VERO CVLTV, c. II.

« Satis me vixisse arbitrabor, et officium
hominis implese, si labor meus aliquos ho-
mines ab erroribus liberatos ad iter caele-
ste direxerit »; Idem, DE OFFIC. DEI, c. XX.

*editio secunda locupletior
atque emendatior*

PARS II.
ETHICA SPECIALIS

NEAPOLI

APVD OFFICINAM BIBLIOTHECAE CATHOLICAE SCRIPTORVM

via vulgo dicta SAN-GIOVANNI-MAGGIORE-PIGNATELLI

in aedibus Fibrenianis

MDCCLXXIX

MORALIS

Huius Operis ius proprietatis in Legum tutela est; et Auctor vetat, siue expressa sua facultate, in quodcumque idioma versionem fieri.

NEAPOLI — TYPIS V. MANFREDI

PARS SECUNDA
ETHICA SPECIALIS

1. Ethica specialis diversas hominis relationes percurrit, ut quaenam ex lege naturali iura, et quaenam officia in illo, secundum diversitatem, in qua versatur, statuum speciatim oriantur, determinet¹. Haec philosophiae moralis pars, cum de officiis disputet, atque proinde ad mores instituendos propius pertineat, maximi momenti est; siquidem, aiente Tullio, « in eo (*officio*) colendo sita vitae est honestas omnis² ».

2. Iam haec scientia ea est, quae *ius naturale*, seu *rationale*, vel *iusprudentia naturalis* appellari solet³. Quod nomen relinquentes, eam duas in sectiones, ad quas illae a s. Thoma assignatae⁴ facile revocantur, dispescimus, nempe in *ius individuale*, et *ius sociale*. Ius enim naturale applicatur homini, quatenus vel individuum, seu privata persona est, vel in quadam societate constituitur, prout haec vel in se spectatur, vel quoad relationes ad alias societates.

SECTIO PRIMA
IVS INDIVIDVALE

3. Homo, quatenus individuum, seu persona humana est, sub triplici respectu considerari potest, nempe ratione tum Dei sui conditoris, tum sui ipsius, tum ceterorum hominum,

¹ « Status, proprie loquendo, significat quamdam positionis differentiam, secundum modum suae naturae, quasi in quadam immobilitate »; ^{2a} ^{2a}, q. CLXXXIII, a. 1 c.

² *De officiis*, lib. I, c. 2, p. 3, ed. Nobbe, Lipsiae 1849. Cf quae adversus Koppen, et Herbart hac de re adnotavit Lichtenfelsius, *Istituzioni di Filosofia morale, e di Metafisica de' costumi* (trad.), c. III, § 64, p. 92-93, Lodi 1852.

³ Nomen iuris hic accipitur, prout complexum legum significat. Cf p. 218, not. 4, part. I.

⁴ Cf p. 3 part. I.